

Analecta Syriaca e codicibus Musei Britannici excerpta.

Edidit

Dr. M. Kmosko

III. *Homilia in "Dominicam novam," Mârûthae adscripta.*

Tertio loco homiliam edituri sumus, quae cum simpliciter Mârûthae in codd. mss. dicatur, primum cuiusnam adtribuenda sit, a nobis inquiri debet. Duos enim Mârûthae nomine insignes viros notissimum est inter Syros floruisse fama celeberrimos. Quorum alter S. Ioannis Chrysostomi aequalis extitit urbis Maipherkat episcopus, alter ex monacho metropolita Tagritensis primasque Iacobitarum factus anno p. Ch. n. 649 obiisse traditur.

1. Atque de maioris quidem Mârûthae vita, scriptis, rebus ab eo gestis paucissima sunt, quae tradantur¹. Medicum eum fuisse 'Aβd-išo' in catalogo perhibet², bis legatione apud Jezdegerdem functum Socrates scribit³ neque non Chalcedonensi synodo interfuisse, quae contra S. Ioannem Chrysostomum coacta est, ibique Cyrini episcopi Nicomediae pedem casu tam infelicitur conculcasse, ut pes episcopi amputari debuerit⁴. Supremum diem obiisse circa annum p. Ch. n. 420 creditur⁵. Ab eo 'Aβd-išo' compositum refert librum martyriorum, scriptas in martyres odas hymnosque, canones denique CCCXVIII patrum syriace esse redditos. Atque haec quidem Nicaenorum canonum translatio sola ex scriptis viri servatur. Odae hymnique penitus perierunt. Nam quod St. E. Assemani Mârûthae carmina Iacobitarum, Nestorianorum, Maronitarum libris

¹ De quo videsis Braun *De sancta Nicaena synodo*. Münster 1898 (Kirchengeschichtliche Studien. B. IV. Heft 3).

² No. 57.

³ H. E. VII 8.

⁴ Ibidem VI 15. Cf. Sozomeni H. E. VIII 16.

⁵ Harnack *Der Ketzer-Katalog des Bischofs Maruta von Maipherkat*. Leipzig 1899. (T. u. U. IN. F. IV 1 b).

liturgicis ita inserta superesse asserit, ut certo discerni nequeant, ea futilis est parum diligentis viri coniectura, de qua non est cur plura dicamus. Librum vero martyriorum certe idem se edidisse putabat, cum Actorum SS. Martyrum Orientalium collectionem publici iuris faceret, neque quisquam quantum equidem scio, extitit, qui serio contra diceret. Verum enim vero solus inter Syros Aḅd-išo' martyriorum collectionem Mârûṯae adscripsit. Nam Mari, cuius verba item Assemani in favorem opinionis suae attulit, illum lipsana martyrum collegisse eorumque acta, quae invenire potuisset, transcripsisse neque vero ulla dicit composuisse; immo verbis ونسخ كل كتاب وجدته لهم merum collectorem Mârûṯam egisse innuit ¹. Ipsa vero acta Assemaniana si quis accuratius examinaverit, gravissima videbuntur sententiae editoris argumenta obstare ². Collectionem eorum unius viri opus esse epilogus confirmat, qui ad calcem martyrii Aqqeḅšmae subiungitur ³; eodem ambitu quoque operis quodammodo determinatur, cum universum in duas dividatur partes, quarum altera de martyribus generaliter se disseruisse scriptor dicit, altera ad singulos martyres sermonem suum extendisse. Sane in cod. antiquissimo *Vat. Syr. 160* prior illa pars omnino deest. Praefigitur autem collectioni actorum in altero cod. *Vat. Syr. 161* saeculi illo quidem VIII sermo quidam "in SS. Martyres", panegyricus, qui non immerito pro generali illa parte, quam epilogus innuit, habeatur, quamquam certo, cum eius initium desit, res iudicari non potest. Sed sive epilogus, sive prologus iste, qui videtur, operis consideratur, aequae opinio Assemani exploditur Mârûṯae illud attribuentis. In epilogo enim auctor et eorum se martyria litteris mandavisse dicit, qui sibi prope fuerint, et ultimos martyres, qui diebus suis passi sint, se ipsum vidisse, quibus verbis aperte ad Aqqeḅšmam sociosque eius alludit inter annos p. Ch. n. 386 et 389 martyrii palma coronatos. Et ipsis igitur persecutionis temporibus in ditione Persarum commorabatur et prope a Seleucia videtur natus potestatique "regi regum", fuisse subiectus. Mârûṯam vero, qui cum iam

¹ Gismondi *Maris Amri et Slibae de patriarchis Nestorianorum commentaria*. Pars prior. ١٠١. Romae 1899. Assemani *A. S. M.* I pag. XLVII, qui quidem codice *Vat. Arab. 41* deceptus 'Amro ibn Matta verba chronici adscripsit.

² Qua de re fusius agam in «*Vita S. Simeonis bar Sabbâ'e*» vol. II *Patrologiae Syriacae* inserenda.

³ Assemani *A. S. M.* I 201 s. s. transl. 207 Bedjan *A. M. S.* II 394 s.

anno 399 legatus in Persidem missus sit, tunc temporis in aula imperiali celeberrimus fuisse et iam Theodosii aetate putari debet altis dignitatibus ecclesiasticis functus, aegre credi potest temporibus Saporis regis imperio Romanorum inimicissimi vel visitare Mesopotamiam potuisse. Ex adverso prima quoque operis pars, modo eadem est atque oratio panegyrica codicis *Vat. Syr. 161*¹, dubitari nequit, quin ante pacem ecclesiae persicae concessam sit exarata. Amare enim scriptor eversionem ecclesiarum luget et necem martyrum neque vero ullam spem prodit fore, ut in melius res mutentur. Quin immo in diras contra persecutores maledictiones prorumpit illisque pessima quaeque imprecatur². Quae omnia Jezdegerdis regis temporibus, qui Christianis quam maxime benevolum se praestitit, sensu carebant. Ut autem, quae Mari quoque teste iam, antequam Mârûθâ eo advenit, in Mesopotamia circumferebantur, martyrum acta ab 'Aβd-išo' cum clarissimo illius nomine iungerentur, longe alia, atque Assemani putabat, ratione videtur evenisse. Acta nempe martyrum orientalium iam antiquissimo tempore in linguam graecam translata esse testis Sozomenus praesto est, qui H. E. II 9-13 fragmenta actorum S. Simeonis bar Šabbâ'ê, Pûsai opificis, Θarbûlae monialis, Aqqeβšmae denique et sociorum servavit, quae etiam in forma ab historiographo graeco redacta, originem suam aperte produnt. Veri autem est simile eam versionem graecam Mârûθae deberi, qui ut a Mari in chronico perhibetur reliquias martyrum orientalium in occidentem detulisse³, ita alia quoque persecutionis persicae monumenta ibi divulgaverit.

2. Minor Mârûθâ, sectae Iacobitarum assecla, teste Bar-Eβrâiâ⁴ in vico Beθ-Nuhardae natus et presbyter in monasterio Nardos ordinatus est, unde primo in Callinicense coenobium, mox ad monasterium Mâr(j) Zakkai se contulit ibique viginti annos commoratus studio ss. scripturarum vacabat. Anno vero p. Ch. n. 629 Athanasius patriarcha Antiochenus cessante, quam contra Iacobitas Nestoriani suscitaverant, persecutione Ioannem diaconum suum in ditionem Persarum misit, qui in monasterio Mâr(j) Mattai de Syris orientalibus, qui unam in Christo naturam profitebantur, denuo sedi

¹ Bedjan A. M. S. II 57-122.

² Ibidem 91 s.

³ Gismondi l. l.

⁴ Barhebraei *Chronici Pars II.* ed. Abéloos et Lamy (Vol. III) 111 et 119 ss.

Antiochenae iungendis, negotiari coepit effecitque, ut una cum Christophoro illius coenobii metropolita aliquot episcopi ad patriarcham proficiscerentur. Qui cum ab eo petivissent, ut primatem ipsis aliquem ex ipsorum numero eligeret et consecraret, qui veterum catholicorum honore et iuribus frueretur, Athanasius vero, ne ob favorem uni praestitum, aliis negatum antiqua discordia renasceretur, id facere ipse recusavisset et ad canones pseudonicaenos provocans ad ipsos orientales electionem catholici et consecrationem pertinere dixisset, Mârûtham, qui tunc temporis in monasterio Mâr(j) Mattai monachum agebat, elegerunt eique metropolitae Tagritensi constituto neque non maḡriānae insignito nomine omnes "orthodoxos", quos ipsi dicebant, orientis episcopos subiecerunt. Is quae ediderit studiorum suorum documenta, non nimis compertum habemus. Atque rei quidem exegeticae eum operam dedisse vel inde constat, quod Dionysius bar Ṣaliḇī in suo evangeliorum commentario "Mâr(j) Mârûthae Tagritensis meminit",¹ Porro in catena Severi quatuor exhibentur parva fragmenta² ex opere quodam exegetico Mâr(j) Mârûthae desumpta. Codex *Vat. Syr.* 103 fol. 334 r^o = *Mus. Britt. Add.* 12, 144 fol. 206 v^o col. a hanc habet inscriptionem:

ܡܪܝܬܐ ܡܪܘܬܐ : ܡܪܝܬܐ ܡܪܘܬܐ, "Mâr(j) Mârûthae: Quoties Dñs noster unctus sit",. Iam paucis de mulieribus disseritur, quae Christum unxerint. Dein Severus, quin ullam proponat inscriptionem, ad interpretationem sacri textus reversus uberius historiam unctionis Bethaniae factae exponit ita, ut presse Hom. in Matth. 80 S. Ioannis Chrysostomi sequatur. Neque igitur de ambitu fragmenti Mârûthae dubitari potest. In *Vat. Syr.* 103 fol. 334 v^o = *Mus. Brit. Add.* 12, 144 fol. 207 v^o col. b aliam legimus inscriptionem fragmenti Mârûthae nomine insigniti: : ܡܪܝܬܐ ܡܪܘܬܐ ܡܪܘܬܐ, "Mâr(j) Mârûthae: Hoc, inquit assiduo facite in meam commemorationem",. Exponitur necessarium fuisse illud praeceptum, neque enim aliter fieri potuisse, ut apostoli, quique per eos crederent, compertum haberent divina mysteria minime typum aliquem vel symbolum sed verum Dñi corpus esse et sanguinem. Pariter, quin ulla interponatur nova inscriptio, excerptum ex Hom.

¹ Cf. Baumstark *Die exegetische Litteratur der syrischen Monophysiten* II 379 huius periodici.

² Cf. Wright CBM 910 col. b. St. E. Assemani *Bibliothecae Ap. Vat. codd. mss. catalogus* III 7-28. Baumstark II 116-169 huius periodici.

3. Accedit eis, quae aut maioris aut minoris dicuntur Mârûthæ, scriptis primum quidem in cod. *Mus. Brit. Add.* 17.267, saeculo XIII exarato, inde a fol. 17^v sermo in festum Epiphaniae, cui inscribitur: ܠܗܘܬܐ ܕܡܝܪܬܐ ܕܥܝܣܝܐ ܕܥܢܐܢܐ ܕܥܒܕܐ ܕܥܝܣܝܐ ܕܥܢܐܢܐ ܕܥܒܕܐ ܕܥܝܣܝܐ
“Porro causa consecrationis aquarum noctis Epiphaniae Sancti Mâr(j) Mârûthæ „¹. Exegeticum is quoque pertractat argumentum. Nimirum res a Moyse gestae typicam habere significationem dicuntur, explicatur, quid significant aquae amarae, Elim, Ezechielis

¹ Cf. Wright CBM 885 col. a.

cap. 47 exponitur referturque ad baptismum aqua, quam sub limine templi profluentem propheta viderit. Eiusdem frustulum extat in catena Severi (*Vat. Syr.* 103 fol. 68 r^o) ¹, unde illud Moesinger edidit in *Monumentis Syriacis* II 32. Neque vero est, cur non minori Mârûthae tribuatur. Quam maxime enim graecizans stilus, tortuosa sermonis prolixitas, termini denique theologici cum illo scribendi genere conveniunt, quod in auctore saeculi VII exspectaveris. Ceterum cum nihil singulare contineat, nolumus homiliae describendae operam navare.

4. Multo maioris momenti est homilia in "Dominicam novam", quam exhibet cod. *Mus. Brit. Add.* 14.727 inde a fol. 140r^o, inscripta ea quidem: ܠܗܘܬܐ ܕܢܝܚܐ ܕܡܪܝܬܐ ܕܡܪܝܬܐ ܕܡܪܝܬܐ ܕܡܪܝܬܐ ܕܡܪܝܬܐ "Homilia sancti Mâr(j) Mârûthae de Dominica nova" ². Altera eius parte proposita per partes harmonistici cuiusdam textus verba ita scriptor interpretatur, ut apparitionem Christi, quam undecim discipuli et Thomas habuerint octava ab resurrectione die, ad mentem Hom. in Ioh. 87 S. Ioannis Chrysostomi pertractet, altera fuse de apostolici muneris dignitate taediosis repetitionibus eadem recoquens agit. Posterioris autem partis formam exterioriorem si quis examinaverit, reperiet similitudinem aliquam, qua cum Aprâtis Dem. 14, 38 cohaereat. Minori Mârûthae, ne hunc quoque sermonem tribuamus, tria obstant argumenta. Ac primum quidem aliud est atque in homilia noctis Epiphaniae scribendi genus. Desunt hic tortuosa illa et longissima enuntiata. Locutio plana est et simplex. Graecismi non adeo sunt multi et, quamvis aliquae phrases velut verbi gratia c. 13 ܠܗܘܬܐ ܕܢܝܚܐ ܕܡܪܝܬܐ ܕܡܪܝܬܐ ܕܡܪܝܬܐ ܕܡܪܝܬܐ ܕܡܪܝܬܐ ordinem sententiarum graecarum imitentur, vocabulorum certe graecorum nullus est usus. Haeretici deinde, qui impugnantur, non sunt illi, quos auctorem saeculi VII impetere exspectaveris. Inde enim a temporibus Severi, Iacobi Serûyensis, Philoxeni Syri monophysitae nullam praetermiserunt occasionem Nestorianos impetendi. Quid quod ea, de qua in homilia nostra agitur, Dñi apparitio ex eis argumentis est, quibus opinionem eorum evertit conabantur? Quodsi perpendatur, quanto opere consentaneum sit ob persecutionem Iacobitarum a Nestorianis sub ditione Persarum suscitatas animos "orthodoxorum", esse exacerbatos, vix explicari poterit, cur Mârûthâ tam generaliter errores christologicos, quorum meminit, pertractet, aesi contra Arianos et

¹ Non extat fragmenti mentio apud Wright CBM 910 col. b.

² Cf. Wright CBM 887 col. b.

3. M 10 § 19; μ 13 § 11; λ 12 § 11 (II 118): ܡܥܨܐ ܕܢܗܐ ܘܚܝܬܐ
ܐܠܝܐ: ܘܠܐ ܠܠܗܟܝܡ ܡܥ ܡܦܪ ܐܫܬܐ ܠܠܗܟܝܡ ܠܠܗܟܝܡ ܘܠܐ ܠܠܗܟܝܡ
ܐܠܝܐ: "Iesus est, dominus pro-
phetarum, qui ait: Nolite ante tempus meditari, quid eis loquamini.
Neque enim vos loquemini, sed Spiritus Sanctus pro vobis loque-
tur „ . [ܘܠܐ ܠܠܗܟܝܡ ܡܥ ܡܦܪ ܐܫܬܐ] Aprât. 21, 21 (ed. Wright p. 415)
 contra omnes versiones syriacas, quae lectio ad προμεριμνᾶτε (μ 13
 § 11) referenda est.

4. M 16 § 25 [M 10 § 33; μ 8 § 35; λ 9 § 24. 17 § 33] (II 67) :
 Quī perdidit animam suā propter nomen meum, inveniet eam in vitam æternam „ Simillima in actis Zεβinae dicuntur ab equite quodam nobili Hadaßû Saporis aetate conscriptis:
 Et si quis perdiderit animam suam in hoc mundo propter nomen Christi, in saeculo altero, quando appariturus est et omnes homines renovaturus, qui in nomine eius spem suam posuerunt et voluntatem eius fecerunt, renovabit eos in luce sua, quae nec transit nec solvitur „ Lectio contra omnes auctoritates graecas M 5 § 11 etiam in Sso et Sco invenitur.

5. M 18 § 7 (II 67) : *Vae mundo a scandalis venturis* „ — [אִם] Ss, Sc. < Sp. Forsitan additum fuit, ut effatum apocryphum addi posset: *וְהָיָה בְּיָמָיו כְּשֶׁיָּבֹאוּ הַמַּלְאָכִים וְיִשְׁפְּטוּ אֶת הָעָם* : *וְהָיָה בְּיָמָיו כְּשֶׁיָּבֹאוּ הַמַּלְאָכִים וְיִשְׁפְּטוּ אֶת הָעָם* : *וְהָיָה בְּיָמָיו כְּשֶׁיָּבֹאוּ הַמַּלְאָכִים וְיִשְׁפְּטוּ אֶת הָעָם* „ (Aphrät. 5, 1. ed. Wright p. 79).

6. M 28 § 29; λ 11 § 47 (II 78): *وَمِنْكُمْ أُولَئِكَ الَّذِينَ قَتَلُوا الرُّسُلَ* : *Porro dixit: Vos ornatis sepulchra prophetarum, quos patres vestri occiderunt* „. Sententia est M 23 § 29 ita in compendium redacta, ut ex mero lapsu memoriae varietas lectionis possit orta esse.

7. λ 21 § 12 (II 118): *وَمِنْهُمْ لَمُتَّعٌ أَقْبَتَا*: *Et de castigatione nostra dixit:*

8. λ 12 § 47 (II 64) : ܠܐ ܕܢܝܥܬܐ ܘܡܒܪܟܐ ܚܡܝܣܐ ܘܡܢܝܣܐ ܠܐ
ܠܡܢ ܕܢܝܥܬܐ ܚܡܝܣܐ ܚܕܐ ܡܨܩܠܐ ܡܨܩܠܐ ܠܡܢ ܠܡܢ ܠܡܢ ܚܕܐ ܚܕܐ ܚܕܐ
“Dñs dixit: Servus, qui sciverit voluntatem domini sui et non pa-
ruerit, vapulabit plagis multis, et qui nesciverit, vapulabit paucis”. — [ܠܡܢ] Ss, Sc. Peš habet — [ܚܕܐ] Reliqui omnes habent
[ܚܕܐ] — [ܚܕܐ] Ss, Sc. < Syr. — [ܠܡܢ] Reliqui — [ܚܕܐ] — [ܚܕܐ] Reliqui
ܚܕܐ.

10. u 14 § 1 (II 119):  "Credite in Deum et in me credite". Sic sonat lectio codicis recentioris, Vat. Syr. 161 saeculi VIII contra cum Sso legit:  "et in me creditis".

6. Quodsi fere omnes, quas proposuimus, panegyrici sermonis lectiones evangeliorum singulares, etiam in aliis litterarum syriacarum monumentis ita reperiuntur, ut de valore earum et antiquitate dubitari nequeat, homiliae vero nostrae textus evangelicus cum textu sermonis cohaeret, maxima aliquis attentione dignam iudicaverit narrationem 1 29 §§ 19–31 cum λ 24 § 39 ss. harmonistice contextam, in qua exponenda prior homiliae pars tota versatur: Οὔσης οὖν ὀψίας τῇ ἡμέρᾳ ἐκεῖνη τῇ μιᾷ τῶν σαββάτων, καὶ τῶν θυρῶν κεκλεισμένων, ὅπου ἦσαν οἱ μαθηταὶ διὰ τὸν


φόβον τῶν Ἰουδαίων, ἦλθεν ὁ Ἰησοῦς καὶ ἔστη εἰς τὸ μέσον καὶ λέγει αὐτοῖς· Εἰρήνη ὑμῖν. Καὶ τοῦτο εἰπὼν ἔδειξεν αὐτοῖς τὰς χεῖρας καὶ τὴν πλευρὰν αὐτοῦ. Ἐχάρησαν οὖν οἱ μαθηταὶ ἰδόντες τὸν κύριον (= ι 20 § 19 s.) Καὶ εἶπεν αὐτοῖς (cf. λ 24 § 38) Ψηλαφήσατέ με καὶ ἴδετε, ὅτι πνεῦμα σὰρκα καὶ ὀστέα οὐκ ἔχει, καθὼς ἐμὲ θεωρεῖτε ἔχειν. (= λ 24 § 39 b). Καὶ (cf. λ 24 § 40) εἶπεν αὐτοῖς· Ἐχετέ τι βρώσιμον; (= λ 24 § 41 b: omisso ἐνθάδε). Οἱ δὲ λέγουσι· Ναί. Καὶ (!) ἐπέδωκαν αὐτῷ ἰχθύος ὀπτοῦ μέρος καὶ ἀπὸ μελισσίου κηρίου (cf. λ 24 § 42). Καὶ ἤρξατο φαγεῖν σὺν αὐτοῖς (!-cf. λ 24 § 43). Καὶ εἶπεν αὐτοῖς· Μὴ φοβεῖσθε. Μνήσθητε τῶν λόγων, οὓς ἐλάλησα πρὸς ὑμᾶς (!-cf. λ 24 § 44), ὅτι ἔδει παθεῖν τὸν Χριστὸν καὶ ἀναστῆναι ἐκ νεκρῶν τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ καὶ κηρυχθῆναι ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ μετάνοιαν εἰς ἄφρονας ἀμαρτιῶν εἰς πάντα τὰ ἔθνη (cf. λ 24 § 46 s.). Καθὼς ἀπέσταλκέν με ὁ πατήρ, καὶ γὰρ πέμπω ὑμᾶς (= ι 20 § 21 b). Καὶ ἐνεφύσησεν εἰς αὐτοὺς (!-cf. ι 20 § 22 a) καὶ λέγει αὐτοῖς· Λάβετε πνεῦμα ἅγιον. Ἄν τις ἀφῇτε τὰς ἀμαρτίας, ἀφίενται αὐτῷ ἂν τινος κρατῇτε, κεράττηνται (= ι 20 § 22 b et 23 inducto numero singulari). Θωμᾶς δέ, εἰς ἐκ τῶν δώδεκα, ὁ λεγόμενος Δίδυμος, οὐκ ἦν μετ' αὐτῶν, ὅτε ἦλθεν ὁ Ἰησοῦς. Ἐλεγον οὖν αὐτῷ οἱ μαθηταί· Ἐωράκαμεν τὸν κύριον. Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς· Ἐὰν μὴ ἴδω ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ τοὺς τόπους τῶν ἥλων καὶ βάλω τὸν δάκτυλόν μου εἰς αὐτοὺς καὶ βάλω τὴν χεῖρά μου εἰς τὴν πλευρὰν αὐτοῦ, οὐ μὴ πιστεύσω (= ι 20 § 24 s. levioribus quibusdam mutatis). Καὶ μεθ' ἡμέρας ὀκτὼ πάλιν ἦλθεν πρὸς αὐτοὺς ὁ Ἰησοῦς. Καὶ (cf. ι 20 § 26) λέγει τῷ Θωμᾶ· Φέρε τὸν δάκτυλόν σου ὧδε καὶ ἴδε τὰς χεῖράς μου, καὶ φέρε τὴν χεῖρά σου καὶ βάλε εἰς τὴν πλευρὰν μου, καὶ μὴ γίνου ἄπιστος, ἀλλὰ πιστός. Ἀπεκρίθη Θωμᾶς· Ὁ κύριός μου καὶ ὁ θεός μου. Εἶτα λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Ὅτι ἐώρακάς με πεπίστευκας, Θωμᾶ· μακάριοι οἱ μὴ ἰδόντες καὶ πιστεύσαντες. Πολλὰ μὲν οὖν καὶ ἄλλα σημεῖα ἐποίησεν ὁ Ἰησοῦς, ἃ οὐκ ἔστιν γεγραμμένα ἐν τῷ βιβλίῳ τούτῳ. Ταῦτα δὲ γέγραπται, ἵνα πιστεύσητε, ὅτι Ἰησοῦς ἐστὶν ὁ Χριστός, ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ. Οἱ γὰρ πιστεύοντες ἐν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ ζωὴν ἔχουσιν αἰώνιον (= ι 20 § 27-31, paucis quibusdam omissis aut mutatis) Πορευθέντες εἰς τὸν κόσμον κηρύξατε τὸ εὐαγγέλιόν μου ἐν πάσῃ τῇ κτίσει (! cf. μ 16 § 15). Ὁ πιστεύσας καὶ βαπτισθεὶς σωθήσεται, ὁ δὲ ἀπιστήσας κατακριθήσεται. Σημεῖα δὲ τοῖς πιστεύουσιν ταῦτα παρακολουθήσει. Ἐν τῷ ὀνόματί μου δαιμόνα ἐκβαλοῦσιν, γλώσσαις λαλήσουσιν καιναῖς, ὀφθαλμοὶ ἀροῦσιν, κἂν θανάσιμόν τι πίωσιν, οὐ μὴ αὐτοὺς βλάβῃ, ἐπὶ ἄρρώστους χεῖρας ἐπιθήσουσιν καὶ καλῶς ἔξουσιν (= μ 16 § 16-18).

Verum hic verborum contextus, ut omissiones exceperis et transpositiones plane arbitrarias, quae utrum ipsi homiliae scriptori debeantur, an ex eius evangeliorum codice manaverint, omnino erui nequit, et cum Peša quam maxime convenit neque ipsam Tatiani operis formam antiquam servavisse fieri ullo modo potest ut credatur. Atque Pešam inter et homiliae textum hae fere maioris momenti occurrunt lectionis varietates propriae: c. 20 § 19 [وَمِنْ] Sp: وَمِنْ ۱۰۱. — [وَمِنْ ۱۰۱] Sp Ss: وَمِنْ ۱۰۱ (cf. § 26) λ 24 § 41. [وَمِنْ] Sp: وَمِنْ ۱۰۱. — [وَمِنْ ۱۰۱] Sp Ss omm. — § 43. [وَمِنْ] Sp, Ss: وَمِنْ ۱۰۱. — c. 20 § 21. [وَمِنْ] = Ss Sp praem. [وَمِنْ] — § 27 [وَمِنْ] Sp: وَمِنْ. — § 28. [وَمِنْ] Sp, Ss وَمِنْ. Ex potissimis vero Ti testibus Aprēmi commentarius a Moesinger editus omnino tacet, Aprātes vero paucissima ex ultima “evangelii” sui parte citata exhibet. Cum sola igitur evangeliorum harmonia arabica, quam A. Ciasca in lucem edidit, homiliam nostram conferre licet. Atque ea quidem cap. LIV simili perinde ratione atque Mārūthā ۱ 20 § 19 ss. cum λ 24 § 36 b. ss. miscet, neque vero tam arbitrarie diversas evangelicae narrationis partes inter se commutat. Accedit, ut verba μ 16 § 15–18, quae Mārūthā statim post ۱ 20 § 3, legisse videtur, demum in cap. LV exhibeat aequae atque ۱ 20 § 21 b, quae e contra apud Mārūthā in contextu narrationis Ioanneae relinquuntur, cum M 28 § 18 ss. hunc in modum commista: M 28 § 18, ۱ 20 § 21 b, μ 16 § 15, M 28 § 19 s μ 16 § 16–18. Ut igitur Mārūthae “evangelium” cum To quovis modo cohaereat, dubitari vel propter eam, quae illud inter et Sp intercedit, concordiam non potest, quin iuxta Pešam fuerit emendatum. Atque luculentius etiam rei documentum uno Aprātis citato suppeditatur. Dem. 1, 17 (ed. Wright p. 21) enim legitur:

وَمِنْ ۱۰۱ [وَمِنْ] وَمِنْ ۱۰۱. [وَمِنْ] وَمِنْ ۱۰۱. *“Hoc autem erit signum illis, qui credunt: linguis novis loquentur et daemones erunt eicientes et manus suas erunt ponentes super infirmos et sanabuntur”*, quae forma verborum μ 16 § 17 s. evincit eam, quam Mārūthā habet cum Peša conformem, manui correctoris deberi. Fieri tamen potest, ut Mārūthā ipse contextum evangelicum laudaverit, qui multo magis etiam cum antiqua τὸ Διὰ τεσσάρων forma conveniebat, librarius vero aliquis homiliam eius magna ex parte ad fidem vulgatae Syrorum versionis correxerit. Nam cum longiores evangelii partes, quos sibi explicandos auctor proposuit, plerumque

proxime ad Pešam accedunt, eae, quas obiter tantum allegat, formam, ut ita dixerim, feram prae se ferunt.

Primum vero (c. 12) λ 10 § 235 cum M 13 § 16 s. ita commiscet, ut hic verborum contextus efficiatur, cuius vestigia alibi nulla reperiuntur: Μακάριοι ὑμῶν οἱ ὀφθαλμοὶ οἱ βλέποντες καὶ τὰ ὦτα ὑμῶν τὰ ἀκούοντα, ἃ προφητῆται καὶ δίκαιοι ἐπεθύμησαν ἰδεῖν καὶ οὐκ ἠδύναντο, admodum is quidem maxime ex M 13 § 16 s. in compendium redactus. — M 28 § 20 et 13 § 11 conflantur (c. 13) hunc in modum: Διδάσκετε αὐτοὺς τηρεῖν πάντα, ὅσα ἐνετειλάμην ὑμῖν. Καὶ ἰδοὺ ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος. Ὅτι ὑμῖν δέδοται γινῶναι τὰ μυστήρια τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν et adduntur: ἐκείνοις δὲ τοῖς ἔξω οὐ [δέδοται], quae quidem ex M 13 § 11 et μ. 4 § 11 sunt contaminata. Denique ι 15 § 26 cum Act. 1 § 8 in hanc sententiam (c. 6) coaluit: Ὅταν ἔλθῃ ὁ παράκλητος λήψεσθε δύνάμιν καὶ ἔσεσθέ μοι μάρτυρες.

Neque vero ea quidem citata ex ipso Διὰ τεσσάρων desumpta sunt. Ibi enim in M 28 § 20 verba πάσας τὰς ἡμέρας minime expressa fuisse et Aprâtes comprobât, qui Dem. 23 (ed. Wright p. 484) haec tantum allegat: “*Ego vobiscum sum usque ad consummationem saeculi*”, et Iacobus Serûyensis, qui in epistola ad Thomam diaconum (*Brit. Mus. Add. 14.587* fol. 6 v^o) verba affert:  “*Ego vobiscum sum usque ad consummationem saeculi*”. Quae cum ita sint, de origine textuum a Mârûthâ citatorum quin certum feramus iudicium, obstat quod parum de historia harmoniarum evangelicarum edocti sumus, quae saltem in officio maioris hebdomadis Syris in usu esse non sunt desitae. Illud certe constet τὸ Διὰ τεσσάρων inde ab eius forma haeretica usque ad formam prorsus catholicam multas subiisse mutationes. Mârûthâ autem aliquam adhibuerit formam operis, quae inter primam et ultimam mediae intercedunt, et quamvis recentioris originis singulae eius lectionis sint, universum harmonisticae narrationis ordinem fidelius quam harmonia evangeliorum arabica servaverit.

لا فسادا وفسادا في هذه الا سجدوا لله.

[illegible]

Homilia s. Mār(j) Mārûthae de dominica nova.

1. Novam diem celebramus, o fratres. Coenaculi mystici memoriam agimus, in quo discipuli congregati erant, et memores coenaculi Patrem adoramus in Filio et Filium
5 in Patre et Spiritum sanctum. Quoniam dies nova facta est nobis, bonum est nosse nos, quare dies nova appelletur a nobis haec dies. Nimirum illa [dies] resurrectionis mysterium est redemptionis, haec vero natalis redemptionis, et quid post haec?

10 2. — *Cum enim Maria venisset et discipulis nuntiasset se vidisse Dñum eumque haec sibi dixisse, eosque credere noluisse*, quid igitur acciderit, Evangelista Ioannes sic nos docet: *Cum autem factum esset vespere diei illius, [feriae] primae hebdomadis, et ianuae clausae essent, ubi erant*
15 *discipuli, propter metum Iudaeorum, venit Iesus stans in medio et dixit eis: « Pax vobis ».* Haec dixit et ostendit eis manus suas et latus suum et gavisī sunt discipuli, quia viderunt Dñum¹. — Et curnam vespere venit ad eos? Primo: propter metum Iudaeorum. Secundo: ut eis in memoriam
20 revocaret ea, quae ante crucifixionem dixerat: *« Pacem meam do vobis »² et in me erit vobis pax, in mundo autem erit vobis tribulatio »³*.

3. Et ne de se phantastice opinarentur, quod clausis ianuis ingressus esset, ostendit eis locos clavorum in ma-

¹ : 20 §§ 18-21.

² : 14 § 27.

³ : 16 § 33.

חנה : אמר ונחם אתה ואמלך . נחמה אתה ואחנה וזה
 אלהיך וזה נחמה : אלהיך נחמה אמר נחמה . נחמה
 וזה (fol. 141) את נחמה ואחנה : וזה נחמה . את נחמה
 אלהיך : אמלך אלהיך נחמה . אמלך נחמה וזה נחמה
 5 מחנה אלהיך נחמה וזה נחמה : נחמה נחמה וזה נחמה .
 אמלך נחמה נחמה : נחמה נחמה נחמה . נחמה
 וזה נחמה נחמה נחמה . אמלך נחמה נחמה נחמה
 נחמה נחמה נחמה . אמלך נחמה נחמה נחמה
 נחמה נחמה נחמה .

4. נחמה נחמה נחמה נחמה נחמה נחמה .
 אמר אתה נחמה נחמה נחמה נחמה נחמה נחמה
 נחמה נחמה נחמה נחמה נחמה נחמה : נחמה נחמה נחמה
 נחמה נחמה נחמה נחמה נחמה נחמה : נחמה נחמה
 נחמה נחמה נחמה נחמה נחמה נחמה : נחמה נחמה
 נחמה נחמה נחמה נחמה נחמה נחמה : נחמה נחמה
 15 נחמה נחמה נחמה נחמה נחמה נחמה .

5. נחמה נחמה נחמה נחמה נחמה נחמה : נחמה
 נחמה נחמה נחמה נחמה נחמה נחמה : נחמה
 נחמה נחמה נחמה נחמה נחמה נחמה : נחמה
 נחמה נחמה נחמה נחמה נחמה נחמה : נחמה נחמה
 נחמה נחמה נחמה נחמה נחמה נחמה : נחמה נחמה
 20 נחמה נחמה נחמה נחמה נחמה נחמה : נחמה נחמה
 נחמה נחמה נחמה נחמה נחמה נחמה : נחמה נחמה
 נחמה נחמה נחמה נחמה נחמה נחמה : נחמה נחמה
 נחמה נחמה נחמה נחמה נחמה נחמה : נחמה נחמה

nibus suis et locum hastae in latere suo¹ dicens: « *Palpate me et scitote spiritum carnem et ossa non habere sicut videtis me habere* »². Erubescant, qui dicunt Christum non esse deum, sed hominem communem, velut unum ex nobis, cum his illi, qui dicunt eum non esse hominem. Nam si deus non esset, quomodo ingressus est per ianuas clausas? Quomodo incorruptus surrexit de sepulcro tertia die sigillis sepulcroque intactis? Quomodo natus est de virgine nec virginitas genitricis eius soluta est? Item vero si homo non esset, quomodo comprehensus est a Iudaeis? Quomodo accepit sputum immundum? Quomodo confixus est clavis et lancea in latere suo?

4. Omnia enim Christi supra naturam sunt, o fratres. Quemadmodum enim fidit baculus Moysis mare praeter consuetudinem et germinavit virga Aaron arida absque irrigatione et serpens aeneus sanavit morsus supra naturam suam et maxilla asini aquam effudit praeter naturam (quae omnia miraculosa sunt et redemptionis nostrae causa patrata sunt): sic et haec omnia Christi miraculosa sunt et mirabilia.

20 5. — Et quoniam dubitabant Apostoli dicentes: « Quomodo fiet istud, ut egrediatur de sepulcro sigillis et lapide intactis », ingressus est per ianuas clausas eosque de resurrectione certiores reddidit, nam sicut per ianuas clausas ingressus est, sic resurrexit sigillis intactis. Et ut eos adhuc certiores redderet et de resurrectione confortaret, dixit eis: 25 « *Habetisne aliquid ad manducandum?* » Dicunt ei: « *Etiam* ». Et dederunt ei partem piscis assati et favum mellis. Et

¹ λ 24 § 40.

² λ 24 § 39.

coepit manducare cum ipsis¹. Et dixit eis: «Nolite timere!»². Mementote sermonum, quos locutus sum vobiscum oportere pati Christum et resurgere a mortuis tertia die et praedicari in nomine eius poenitentiam in remissionem peccatorum cunctis gentibus». Et cum cognovissent ipsum esse revera Christum, scriptum est gavisos esse discipulos, quia vidissent Dñum³. Dixit enim eis ante crucifixionem: «Adhuc videbo vos et gaudebit cor vestrum et gaudium vestrum nemo tollet a vobis»⁴. Et dum de visione sua gaudent, dixit eis: «Sicut misit me Pater meus, mitto vos ego». Et insufflavit in eos et dixit eis: «Accipite Spiritum sanctum. Si cui remiseritis peccata remittentur ei et si retinueritis, retinentur»⁵. —

6. Plena cum potestate mittit eos, ut indicet se verum esse filium, et quemadmodum rex terrenus missis principibus dat eis potestatem ligandi et solvendi: sic Christus dedit potestatem Apostolis suis. Nam eo, quod insufflavit in eos, non Spiritum dedit eis, sed effecit, ut Spiritu uterentur et potestatem haberent remittendi peccata; nam mortuos suscitare, virtutes et signa patrare adventu Spiritus tribuit eis. Dixit enim: «Quando venerit Paraclitus, accipietis virtutem et eritis mihi testes»⁶, hoc est per signa, per quae discimus potestatem Patris et Filii et Spiritus eandem esse.

25 7. — Thomas autem, unus ex duodecim, Didymus ille, non erat cum eis, quando venit Iesus. Et dicunt ei discipuli: «Vidimus Dñum». Ille autem dixit eis: «Nisi videro

¹ λ 24 § 41-43.

² λ 24 § 36.

³ ι 20 § 20.

⁴ ι 16 § 22.

⁵ ι 20 § 21 sqq.

⁶ Act. 1 § 8.

וְיִזְרָא מוֹפֵא אִנָּא דְּוֹרַי רִקְדָּא מִפְּעֵלִי אִנָּא אִמְבִּי חִפְּוִי :
 לֹא מִפְּעֵלִי אִנָּא * מִלְּפֵא מִפְּדִיִּי לִלְחִיבָא חִלְּפִי : 5
 לֹא מִפְּעֵלִי וְסִיפִי מִפְּעֵלִי מִפְּעֵלִי . מִפְּעֵלִי מִפְּעֵלִי : 1
 לֹא חִפְּוִי אִלָּא * מִפְּעֵלִי מִפְּעֵלִי . מִפְּעֵלִי מִפְּעֵלִי : 2
 5 לֹא מִפְּעֵלִי מִפְּעֵלִי . מִפְּעֵלִי מִפְּעֵלִי . מִפְּעֵלִי מִפְּעֵלִי : 3
 רִבְחִי מִפְּעֵלִי מִפְּעֵלִי אִמְבִּי מִפְּעֵלִי מִפְּעֵלִי : 4
 מִפְּעֵלִי לֹא מִפְּעֵלִי לֹא מִפְּעֵלִי . מִפְּעֵלִי מִפְּעֵלִי : 5
 מִפְּעֵלִי מִפְּעֵלִי *

8. מִפְּעֵלִי מִפְּעֵלִי . מִפְּעֵלִי מִפְּעֵלִי .
 10 מִפְּעֵלִי מִפְּעֵלִי * מִפְּעֵלִי מִפְּעֵלִי . מִפְּעֵלִי מִפְּעֵלִי : 1
 לִלְחִיבָא חִלְּפִי מִפְּעֵלִי מִפְּעֵלִי . מִפְּעֵלִי מִפְּעֵלִי : 2
 מִפְּעֵלִי מִפְּעֵלִי . מִפְּעֵלִי מִפְּעֵלִי . מִפְּעֵלִי מִפְּעֵלִי : 3
 מִפְּעֵלִי מִפְּעֵלִי : 4
 מִפְּעֵלִי מִפְּעֵלִי . מִפְּעֵלִי מִפְּעֵלִי . מִפְּעֵלִי מִפְּעֵלִי : 5
 15 מִפְּעֵלִי מִפְּעֵלִי : 6
 מִפְּעֵלִי מִפְּעֵלִי * מִפְּעֵלִי מִפְּעֵלִי : 7
 מִפְּעֵלִי מִפְּעֵלִי : 8
 מִפְּעֵלִי מִפְּעֵלִי * מִפְּעֵלִי מִפְּעֵלִי . לֹא מִפְּעֵלִי מִפְּעֵלִי : 9
 מִפְּעֵלִי מִפְּעֵלִי * מִפְּעֵלִי מִפְּעֵלִי . מִפְּעֵלִי מִפְּעֵלִי : 10
 20 מִפְּעֵלִי מִפְּעֵלִי . מִפְּעֵלִי מִפְּעֵלִי . מִפְּעֵלִי מִפְּעֵלִי : 11
 מִפְּעֵלִי מִפְּעֵלִי * מִפְּעֵלִי מִפְּעֵלִי . מִפְּעֵלִי מִפְּעֵלִי : 12
 מִפְּעֵלִי מִפְּעֵלִי * מִפְּעֵלִי מִפְּעֵלִי . מִפְּעֵלִי מִפְּעֵלִי : 13
 מִפְּעֵלִי מִפְּעֵלִי * מִפְּעֵלִי מִפְּעֵלִי . מִפְּעֵלִי מִפְּעֵלִי : 14
 25 לֹא מִפְּעֵלִי מִפְּעֵלִי *

in manibus eius locos clavorum et immisero in eos digitos meos et extendero manum meam in latus eius, non credam » ¹. — Et quare discipulis omnibus congregatis Thomas aberat e medio eorum? Nimirum e dispersione, quae facta
⁵ est eis, adhuc non rediit Thomas. — *Et post octo dies iterum venit ad eos Iesus et Thomas cum ipsis erat. Et dixit Thomae: « Infer digitum tuum huc et vide manus meas et adduc manum tuam et mitte in latus meum et noli esse incredulus, sed fidelis ». Et respondens Thomas dixit eis:*
¹⁰ *« Domine meus et Deus meus! »* —

8. Et qui est « octavus » dies hic, quem nos « novum » appellamus? Nimirum inde a die resurrectionis usque ad hodiernum diem continuo apparebat discipulis, aliquibus ipsa die resurrectionis, aliquibus tempore vespertino, aliquibus
¹⁵ nocte, sicut divus Apostolus scripsit ad Corinthios ²: *« Sepultus est et resurrexit tertia die, sicut scriptum est, et apparuit Petro et post eum duodecim et postea apparuit plus quam quingentis fratribus simul et post haec apparuit Iacobo et dein Apostolis omnibus »*. Et curnam haud statim
²⁰ apparuit Thomae, sed post octo dies? Nimirum Thomas durior erat sociis suis, fidem enim nisi crassis perceptionibus non habebat. Neque enim credebant possibilem esse a mortuis resurrectionem; quapropter Christus usque ad diem octavum expectat et tunc ipse se ei manifestat, ut audita ab Apostolis
²⁵ resurrectione et, postquam illis diebus ab ipsis edoctus est, spiritu plus inflammetur et magis adhuc credat eam vere accidisse, ut ostendente ei Christo vulnera passionis suae aperte exclamaverit: *« Domine meus et Deus meus »*. Magna est enim miseratio Dei, o fratres, ita ut ne unicam quidem
³⁰ animam a se perire velit.

¹ 1. 20 § 24 sq.

² 1 Cor. 15 § 4 sq.

9. — *Tunc dicit ei Iesus: « Modo, quoniam vidisti me, credidisti: beati, qui non viderunt me et crediderunt »*¹. — *Fides enim argumentum est eorum, quae invisibilia sunt*². Hic enim non solum discipulos dixit beatos, sed etiam eos,
 5 qui post ipsos credunt. Qui enim dicit: Vellem videre Christum signa et miracula patrantem in corpore, recordetur macarismi, quem dixit Christus. Et qui dubitat, quam ratione corpus incorruptibile fissuras clavorum manifestet et palpabile fiat manui mortalium, credat condescensione qua-
 10 dam evenisse id, quod evenit; is enim, qui tam levis et tenuis est, ut per ianuas clausas ingrediatur, caret qualibet crassitudine et longe ab ea distat. Haec tamen manifestabantur, ut resurrectio crederetur et Apostoli discerent ipsum esse, qui crucifixus est, nec alium pro eo surrexisse. Ipsi
 15 enim discipulis postea hoc signum resurrectionis afferēbant, quod comederunt cum ipso et biberunt post resurrectionem. Sicut enim ambulante ipso super undas maris ante crucifixionem non dicimus alius esse naturae corpus illud atque nostrae: sic etiam post resurrectionem, cum videmus in ipso
 20 locos clavorum, non dicimus eum corruptibilem esse.

10. — *Multa autem signa alia fecit Iesus, quae non sunt scripta in libro hoc; etiam haec, quae scripta sunt, [scripta sunt], ut credatis Iesum esse Christum, filium Dei*³. — Et curnam non omnia conscripserunt Apostoli? Primo, propter
 25 eorum multitudinem. Secundo vero cogitaverunt eum, qui illis, quae dicta sunt, non persuaderetur, ne his pluribus quidem persuasum iri, eum vero, qui ea recepisset opus non habere aliis in rebus fidei. *His enim, dicit, qui in nomine suo crederint, esse vitam aeternam*⁴.

¹ t. 20 § 29.

² Hebr. 11 § 1.

³ t. 20 § 30 sq.

⁴ t. 20 § 31.

11. אלהי אפי' אלה בלללל : סאפזרס חכנלל ומלל חכנל
 חכנלל. אלה ופזרסמלל סחפז סל. סלמל ולא פזרסמלל פזרסמלל
 אלהלל ומלל ללמלל ופזרסמלל חכנלל נפלל : חפז¹ אלה
 נפלל חכנלל סלללל נפללל סלללל נפללל סלללל ופזרסמלל
 נפללל לא נפללל אלה סללללל נפלללל אלה סלללללל. 5
 זל סל סללללל ואללללל חכנללל סללללל סללללל אלה
 אלה. אלה סללללל חכנללל סל חכנלל חכנללל. סלללל סל
 נפללל סל סל סללל. סלללל אלה ופזרסמלל. סלללל
 חכנל חכנללל ובלללל סללל. אלה אלה סלללל סללללל :
 10 סלללל אלהלל ופזרסמלל סללל חכנלל ופזרסמלל. סלללל סל
 חכנלללל ופזרסמלל סללללל אלה אלה. סלללל סללללל
 אלה חכנלל ופזרסמלל. אלה חכנלללל סלללללל : סללללל
 ופזרסמלל חכנלללל סללל חכנלללל. אלה חכנלללל. אלה
 סלללל חכנלל סל אלה ופזרסמללל חכנללל² ופזרסמלל סללללל
 15 ופזרסמלל חכנלל ופזרסמלל סללללל חכנלל סללללל. 144
 חכנלללל : אלה חכנלל סללל חכנללל. סללל חכנללל חכנלל
 סללללל ופזרסמלל חכנלל ופזרסמלל חכנללל חכנללל.
 אלה סלללל חכנלללל חכנלל חכנלל : ואללל סלללל חכנללל
 20 חכנלל חכנללל חכנלל חכנלל. אלה אלה סללללל חכנלל
 חכנלללל ואללללל חכנלל חכנלל. סללללל אלה סללללל ופזרסמלל
 חכנלל³ ופזרסמלל חכנלל חכנלל חכנלל. סללללל אלה

¹ Sic² Sic. Ribui deest in codice.³ Sic. Fortasse חכנלללל (de throno).

11. — «Vos, ait, ite in mundum et praedicate evangelium meum in tota creatura. Qui crediderit et baptizatus fuerit, vivet et, qui non crediderit, condemnabitur. Signa autem eos, qui crediderint, in me, haec sequentur: In nomine
 5 meo ¹ daemones eicient et linguis loquentur novis et serpentes tollent et, si venenum mortiferum biberint, non eis nocebit et manus suas ponent super aegrotos et sanabuntur» ². — Magna est enim potestas, quae data est Apostolis sanctis a Christo, o fratres. Hi eam primi acceperunt,
 10 quando reversus est cum victoria, et ipsis manifestavit se ipsum, cum surrexisset de sepulcro. Hi sunt principes regni et ipsos constituit praecones saeculi novi. Hi sunt electi eius primi et ipsis promisit secum sessuros ad iudicium iustum et ipsis dedit charismata omnibus excellentiora. Ipsos
 15 magnificavit, ipsos vocavit fratres, ipsos appellavit amicos suos, ipsis dedit potestatem super regnum suum clavesque coelorum per manus eorum dedit hominibus. Super ipsos aedificavit ecclesiam, ipsos dixit beatos, cum diceret: «Beati
 20 oculi vestri, qui vident, et aures vestrae, quae audiunt id, quod prophetae antiqui et iusti cupierunt videre et non potuerunt» ³. Hi sunt, qui velut nubes volant et velut columbae ad foramina sua ⁴, secundum vocem propheticam. Vidit enim
 eos in similitudine nubium celerum aquam portantium spirituales, quae egressae irrigarunt animas humanas. De
 25 ipsis enim dixit Deus: Dabo flumina in deserto et in medio planitiei scaturiginem aquarum ⁵. Hi sunt enim flumina, quae laetificant civitatem eius ⁶, quae est Ecclesia sancta, et ipsi sunt flumina, quae procedunt e ventre (?) Christi et

¹ In codice «*tuo*», quod tamen lapsus calami habendum est.

² p. 16 §§ 15-18.

³ M 13 §§ 16 sq.

⁴ Is. 60 § 8.

⁵ Is. 41 § 18.

⁶ Cf. Ps. 46 § 4.

potant omnes sitientes. Ipsi enim sunt radii solis, qui expulerunt tenebras erroris, ipsi sunt fulgura vehementia, quae sciderunt caliginem paganismi, et lucernae lucidae, quae profligarunt noctem atram e medio mundi eius. Ipsi
 5 sunt sal sapiens condicens fatuitatem creaturae¹ atque fermentum novum, quod immutavit azyma plasmatis. Ipsi sunt agricolae impavidi, qui eradicarunt e terra maledicta vepretem peccati et in inediis mentibus seminarunt triticum purum, scientiam divinam. Hi erant operarii sollertes
 10 et gustare fecerunt Adae familiam de planta crucis et pro siliquis, en, rami eis portant fructus gaudiorum. Hi erant duces exercitus et egressi sunt contra castra Satanae et vi crucis abegerunt eum a castris hominum. Hi erant pisces
 15 cluserunt illud impleveruntque multitudine hominum. Hi erant medici novi, qui egressi sanaverunt animas corporaque hominum absque pharmaco de radicibus et absque ligatura visibili, scilicet per nomen Dñi Iesu Christi incomprehensibile sanarunt omnes infirmitates, per hoc expulerunt omnes languores,
 20 per hoc dederunt lucem caecis, per hoc tribuerunt surdis auditum, per hoc acquirere fecerunt mutos loquelam; breviter: ope eorum fontes scaturierunt et absque pretio cuique utilitatem adiecerunt.

12. Ipsi enim docuerunt in orbe terrarum evangelium
 25 Christi et ostenderunt esse mortuis resurrectionem et sepultis ex Hade reditum et aliud esse saeculum, cui resurgent homines a mortuis. Hi sunt, quorum nomina scripta sunt in coelo et in terra: in terra, in evangelio Dñi, in medio Ecclesiae, in eius libro vitae², atque in coelo quoque

¹ Cf. M 5, § 13.

² Sc. in diptychis.

scripta sunt nomina eorum, ut sint nota, ne pseudoapostoli induant speciem praeconum verorum et exeuntes seducant homines.

13. Porro indicavit etiam numerum eorum, ne quid ad eos
 5 adderemus aut ab eis demeremus. Duodecim posuit numero, velut duodecim horas diei, quibus mundus illuminatur, et velut duodecim lapides, quos Iesus, ille Nun filius, e Iordane extraxit, super quos oblata est hostia nova, quando in terram promissionis ingressus est, et velut duodecim fontes, quos
 10 Moyses reperiit in Elîm¹, de quibus propinavit aquam populo tempore sitis, qui ipsos Apostolos praefigurabant, quippe qui ope praedicationis Evangelii potaturi erant et inundaturi omnes terminos terrae omnesque fines, [orbis] inhabitati, sicut antea prophetavit David, spiritu Dei inspiratus,
 15 dicens²: « *In totam terram exivit praedictio eorum et in fines orbis terrae verba eorum et super solem fixit tentorium suum in eis* ». Sed etiam mirabilis ille inter Prophetas dicebat Habacuc³, cum etiam is a Spiritu commotus esset: « *Et vectus es super equos tuos et super currum salutis tuae*
 20 *et in salutem facta est dispositio tua. Extendendo, ait, extensus est arcus tuus, Domine super totam potestatem pascui tui, quando ingrederis in mari super equos tuos in congregatione aquarum multarum* ». Victoria enim, quam Apostoli reportaturi erant in mundo calcantes serpentes et
 25 scorpiones et totum exercitum Inimici, praedixit per prophetam Habacuc: in medio aquae vivificantis baptismatis conteri et suffocari diabolum et omnes exercitus eius sub signo salutifero crucis, quo Apostoli signaturi erant sigilloque munituri omnes fideles, quos in nomine sanctissimae
 30 Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus sancti, docuerunt, et

¹ Ex. 15 § 27.

² Ps. 19 § 4.

³ Habac. 3 § 8. 9.

אלה ארץ חר ונתינת מלכה ופערבאדי סווא חסדו אר
 מדינת מלכה אר חר מלכה מלכה ואלה. מלכה ואלה ואלה ואלה
 חסדו ואלה ואלה ואלה. חסדו ואלה ואלה ואלה.

14. סווא מלכה מלכה ואלה ואלה ואלה ואלה ואלה
 5 מלכה ואלה סווא מלכה מלכה ואלה ואלה ואלה ואלה ואלה
 מלכה מלכה : סווא מלכה מלכה מלכה מלכה ואלה ואלה ואלה
 ואלה ואלה ואלה ואלה ואלה ואלה ואלה ואלה ואלה ואלה
 חסדו מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה
 מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה
 10 מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה
 מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה
 (fol. 146) מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה
 מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה
 מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה

15. חר מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה
 15 מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה
 מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה
 חסדו מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה
 מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה
 מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה
 20 מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה
 מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה
 מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה
 מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה
 מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה מלכה

¹ Sic; cum ribui.

baptizati sunt. « *Docete eos, inquit, servare, quidquid mandavi vobis, et ecce, ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi*¹, *quoniam vobis datum est nosse mysteria regni coelorum, extraneis autem non* »².

5 14. Et sicut duodecim menses anni, quibus perficitur totus anni proventus, et sicut duodecim lapides mirabiles, quos Aaron super pectore portabat ingressus in Sanctum Sanctorum, ut per eos introduceret memoriam duodecim tribuum et per eos proferret expiationem, sic et Ecclesia or-
10 natur duodecim Apostolis et ipsi sunt parentes et moderatores eius et ad ossa eorum refugium quaerit et ad nomina eorum confugit. Scilicet: « *Super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam et vectes Hadis eam non superabunt*, ait Dñus Petro; *tibi dabo claves regni coelorum et, quod li-*
15 *gaveritis in terra erit ligatum in coelo et, quod solveritis in terra, erit solutum in coelo* »³.

15 15. Simul autem inquirendum est, o fratres, quare in antiquo foedere pastores elegerit Deus et in novo pisca-
tores. *Moses nempe pascebat oves Iethro soceri sui, sacer-*
20 *dotis Madian*⁴ et David dixit ad Saul: « *Pascebat servus tuus patri meo oves* »⁵. Et filii Iacob pariter et Amos propheta pastores erant; breviter: plurimi prophetae pastores erant, Apostoli autem pisca-
tores. Igitur pastores, fratres, oves notas et signatas pascunt in loco definito; sic et prophetae gen-
25 tem tantum circumcisam Israel pascebant. Piscatores vero piscaturam ignotam piscantur: quoties enim serpentes cum

¹ M 28 § 20.

² M 13 § 11;

³ M 16 §§ 18 sq.

⁴ Ex. 3 § 1.

⁵ 1 Sam. 17 § 34.

אלא לחידה חמא. האריא וחרימא ובעדו ולא יתקע וקרא
 אהמא : אפא סבא לא מה : מה ולא יתקע ובעדו חמא *
 מה סלא ובעדו ופזמה ופז ואחז ¹ לעזתמה סבמא : וזה
 חמא האריא ופזמה רמא וכתמא . ופז אמא סבמא חמא
 חמא 5 חמא לעזמה ולא . סבמא חמא סבמא חמא זא חמא
 חמא : חמא האריא ופזמה ופז חמא ולא חמא חמא
 ולא יתקע חמא * האריא ופז חמא חמא חמא חמא
 חמא . אפא חמא חמא ² חמא . חמא חמא חמא
 חמא חמא חמא חמא חמא חמא חמא *
 16. חמא חמא חמא חמא חמא חמא חמא חמא חמא חמא
 חמא חמא חמא חמא חמא חמא חמא חמא חמא חמא
 חמא חמא חמא חמא חמא חמא חמא חמא חמא חמא

¹ Sic. — Lege חמא.

² Codex חמא



piscibus capiunt. Sic et istic: neque enim unicum populum piscati sunt piscanturque ad vitam, sed totam creaturam. Et sicut rete Simonis omnia genera piscium elevavit, sic et Ecclesia hodie omnibus populorum generibus plena est.
 5 Et vi verbi Salvatoris dicentis Apostolis eius sanctis¹: « *Sequimini me et faciam vos fieri piscatores hominum* » hoc² tenent manibus suis usque ad consummationem saeculi, et per ipsos, scilicet ope manuum eorum, piscatur homines ad vitam per rete Evangelii, quod in mare mundi cecidit et ex
 10 omni genere congregavit. Et quemadmodum illic selegerunt pisces bonos et in vasa proiecerunt: sic et nos in fine selegemur, qui bona fecerunt, ad resurrectionem vitae et, qui mala egerunt, ad resurrectionem iudicii.

16. Faxit autem Dñus vos in hoc saeculo quiete et tran-
 15 quillitate frui et in vita ventura bonis aeternis dignos effici per gratiam Dñi Iesu Christi, cui gloria in saecula saeculorum. Amen.

¹ M 4 § 19.

² Sc. rete.

